



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ludouicus Quiros.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

animi de peccatis dolentis percussit, simulque ex mutua pactione à Sacerdote turbæ permisto à peccatis absolutus, simul subducto carro pependit, & mox quadrifariam in partes carnificatus est.

P. Ludouicus Quiros.

Duri ad salutis mysteria Floridani, libenter quidem audiebant quàm impensè amaret, ac beneficijs ornaret bonos Deus; at de supplicijs æternis nihil ad aures admittebant, dæmonem iuuenum Deum esse dicentes. Hos dum quàm potest excolit Ludouicus cum socijs, & Ludouicum quendam perfidum Neophytum à perfidia conatur ad Christi sacra reducere; ab eodem bona verba accipit, quippe qui se

*Lusitanus.
in Florida.
3. Febr.
1571.*

*Deus iuuenum.
apud Floridanos.*

Fides.

Con.

omninò rediturū promitte-
rat. Eâ spe hilaris reuerte-
batur P. Ludouicus: & ecce
collecto barbarorum globo
Ludouicus apostata illum
per iter aggressus, eius cor
sagittâ transfixit.

*Ioannes Baptista Mendez,
& Gabriel de Solis
Nouitij.*

*ibid. eodem
die.*

Hi sacris necdum initiati
cum P. Ludouico Neophy-
tum apostatam ad frugem
conati reducere, ab eo opti-
ma omnia promittente re-
duces, cū ille P. Ludouicū
perimeret, ab eius socijs tru-
cidati sunt, postridie post fe-
stum Purificationis Virginis
Matris. Hunc Ludouicum,
Cacicham vocat Catalogus.
aitque illum insulæ Floridae
principem fuisse; baptismum
simulatè in Hispania susce-
pis-